

# Schola Catharina

## Easter Monday

### Introitus (Ex. 13, 5,9)

Introduxit vos Dominus in terram  
fluentem lac et mel, alleluia: et ut lex  
Domini semper sit in ore vestro, alleluia.

Confitemini Domino, et invocare nomen  
eius: annuntiate inter gentes opera eius.

### Alleluia (Mt. 28,2)

Alleluia. Angelus Domini descendit de  
caelo: et accedens revolvit lapidem, et  
sedebat super eum. Alleluia.

### Sequens

Victimae paschali laudes immolent  
Christiani,  
Agnus redemit oves: Christus innocens  
Patri reconciliavit peccatores.  
Mors et vita duello conflixere mirando:  
dux vitae mortuus regnat vivus.

Dic nobis, Maria, quid vidisti in via?

Sepulcrum Christi viventis: et gloriam vidi  
resurgentis;  
Angelicos testes, sudarium et vestes.

Surrexit Christus spes mea:  
praecedet suos in Galilaeam.  
Scimus Christum surrexisse a mortuis  
vere: tu nobis, victor Rex, miserere.

The Lord have brought thee into the land that  
floweth with milk and honey, alleluia and that  
the law of the Lord be always in thy mouth,  
alleluia

Tussenzang (Ps. 104):

Give glory to the Lord, and call upon His Name:  
declare His deeds among the Gentiles

Alleluia. The angel of the Lord descended from  
heaven and coming rolled back the stone and sat  
upon it. Alleluia.

Christians! to the Paschal Victim offer your  
thankful praises.

The Lamb the sheep redeemeth: Christ, who  
only is sinless, reconcileth sinners to the Father.  
Death and life contended in that conflict  
stupendous: the Prince of Life, who died,  
deathless reigneth.

Speak, Mary, declaring what thou sawest  
wayfaring.

The tomb of Christ who now liveth and likewise  
the glory of the Risen.

Bright Angels attesting, the shroud and napkin  
resting.

Yea, Christ my hope is arisen:  
to Galilee He goeth before you.

We know that Christ is risen, henceforth ever  
living: Have mercy, Victor King, pardon giving.

# *Schola Catharina*

## **Offertorium (Mt. 28, 2.5.6)**

Angelus Domini descendit de caelo, et dixit mulieribus: Quem queritis, surrexit, sicut dixit, alleluia.

An Angel of the Lord descended from heaven, and said to the women; He whom you seek is risen, as He said. Alleluia.

## **Communio (Lc. 24, 34)**

Surrexit Dominus, et apparuit Petro, alleluia.

The Lord is risen and hath appeared to Peter

Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.

Tussenzang (Ps. 117):

Give glory to the Lord, for He is good: for his mercy endureth for ever.